

## 45.

*Markgraf Friedrich der Ernsthafte nimmt das Kloster in seinen Schutz, befreit es von allen Belastungen seiner Amtleute und will zu Erhebung des ihm zuständigen Geldbeitrags jedesmal besondern Auftrag ertheilen.* **Grimma, 1334 Nov. 25.**

*Hdschr.: Or. Perg. Rathsaarchiv Leipzig Kasten 84. — Das zerbrochene Gemmensiegel des Markgrafen an 5 Pergamentstr.*

Nos Fridericus dei gratia Thur[ingie] lantgravius, Myzsenensis et Orientalis marchio dominusque terre Plyzsenensis | recognoscimus presentium serie litterarum, quod abbatissam et conventum sanctimonialium extra muros Lypcik | Cysterc. ordinis pia ac opera caritativa sectari volentes cum bonis ad ipsas communiter et divisim 10 spec|tantibus ad nostre recepimus tuitionis gremium in tantum, eas quod in personis et rebus per \*neminem<sup>a)</sup> officiatorum nostrorum tallis exactionibus seu precariis aut ullis stêuris volumus pregravari. Totum etenim subsidium a dictis monialibus nobis competiturum nostro speciali mandato presentibus reservamus. Datum Grymme in die beate Katherine anno domini M. cccc xxxiiii°. 15

## 46.

*Markgraf Friedrich der Ernsthafte eignet auf Nachsuchen des Apeczo von Plausig dem Kloster einen Jahrzins von  $\frac{1}{2}$  Vierdung in Schönefeld.* **1338 März 12.**

*Hdschr.: Or. Perg. Rathsaarchiv Leipzig Kasten 84. — Das am Rande beschädigte Gemmensiegel an Pergamentstr.*

Nos Fridericus dei gracia Thuring[ie] lancgravius Misnensis et Orientalis marchio 20 dominusque terre Plisnensis | notum facimus universis presentibus et futuris presentem litteram inspecturis, quod pure propter deum et eciam ob petitiones | nostri dilecti et fidelis Apeczonis de Plusik \*sanctimonialibus<sup>a)</sup> claustralibus in Lipczik appropriavimus in villa | Schoninuel<sup>b)</sup> quintum dimidium fertonem annalis census, eundem censum perpetuo possidendum. In cuius rei testimonium presentem paginam nostro sigillo fecimus 25 roborari. Datum anno domini M°. ccc. xxxviii, feria v<sup>a</sup> ante dominicam qua \*cantatur<sup>c)</sup> oculi mei semper. Testes hujus sunt Johannes Magnus Syvschin, Frid[ericus] de Hunsberge<sup>d)</sup> milites et Luteke von der Sale et alii plurimi fide digni.

45. a) nempiam.

46. a) sanctis monialibus. b) nach Schoninuel kleine Lücke und Rasur. c) cantur. d) Hunsb'ge.